



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

ARGVS

ERYCI PVTEANI

C. R.

Apud Mediolanenses

ELOQVENTIAR PROFESSORIS, ET
HISTORIOGRAPHI REGII.

Auctore

BENEDICTO SOSSAGO
Mediolanensi.



MEDIOLANI,
Ex officina Pandulphi, & M. Tullij Malatestæ,
Typographos Regios Camerales.

Superiorum Permissu. OO. ID CIV.

ИЗДАНИЕ ПЕРВОЕ

С. П.

Издательство "Ленинград"

Ленинградское отделение
Издательского центра "Ленинград"

Москва

ВЕНЕЦИАНСКОЕ

Издательство



ИЗДАНИЕ ПЕРВОЕ

Ленинградское отделение
Издательского центра "Ленинград"

Illustri Viro,

28

CAROLO HOMODEO
AMICO ET BENEFACTORI

frat

ERYCIVS PVTEANVS S. D.

PUBLICO signo agnoscere beneficia tua, & venerari amorem gestio, Illustris Vir; illa crebra & luculenta, hunc effusum & perennem, velut ab ipso Humanitatis fonte. Gestio inquam, ne aridum omnino animum, aut sterilem irrigasse videre. Tarda, ut nunc mores sunt, etiam inter Amicos beneficia: tu beneficijs amorem orsus, beneficijs tuum me fecisti, ut amares tuum. Sic benefactorem te habui, priusquam amicum; si tamen esse benefactor potest, qui nondum amicus. Sed ego nunc amoris & beneficij signum aliquod reddo, ARGV M CANEM, quem ceu delitium doni ab amico MELCHIORE VELTVVYCKIO accipi: & ELOGIVM istud CANIS, quod à divini ingenij Poëtâ, & familiari meo BENE-

A 2 DICTO

630.4

DICTO SOSSAGO Canem egregium, &
Canem canum, quasi à Dianâ ipsâ; Elogium
amicum, & quasi ab Apolline præfectum.
Tu utrumque habe, Illustris Vir, Canem ad
voluptatem, Elogium ad Famam. Magna
& continua negotia tua sunt, & voluptatis
remissionem poſcunt: magnæ Virtutes, & Fa-
mæ proemium merentur. Fruere hæc & illa,
meque tuum ama. Mediolani, Prid. Eid.
Febr. 30. 1661

ARGVS

ERYCI PVTEANI

C. R.

Apud Mediolanenses

ELOQVENTIAR PROFFESSORIS, ET
HISTORIOGRAPHI REGII.

Auctore

BENEDICTO SOSSAGO

Mediolanensi.



VI tua latratu venaticus officia cu-
stos

Personas, arrectusq; canis pro sedi-
bus adstat,

Commissos sermans aditus; fugisne
virentem

Mænalon, & spreto lasit Latoida Cyntho

Improbis? ac tandem pulchrâ ceruice minores

Indignantæ manus vltro mutantis habemas?

Sic reor, hunc primis iam tum nutriuit ab annis

A 3 Sedula

ARGV S

*Sedula, & artificii defudans ungue rotantes
 Effinxit Diana iubas, lateq; solutos
 Sponte laboranti vibravit pollicis villos,
 Scilicet hunc toties positus Dictynna sagittis
 Circuit amplexu, centumq; per oscula comptis.
 Mentiar intonsi quod lustra per ardua Cynethi
 Creuerit, & teneros manibus formauerit annos
 Diua potens nemorum, tantosq; effinxerit artus.
 Haut humilem teretè ora docent, & fronte superbâ
 Incessuq; patet generosi sanguinis heres.
 Imbelles animos frons arguit. Adspice porrò
 Quas altis vires humeris, qua colla mineatur
 Ora fera propior, tergo iacet umbra camarum
 Propexis utriusque iubis: Qua gratia frontis!
 Qua fuluis species oculis, qui gressus eunti!
 Stare loco nescit, trepidos quatit impetus armos,
 Luxuriatq; toris nodosam pectus, & altè
 Terribiles horrent maculato corpore stia.
 Nec minus erectam protendit ad aethera frontem
 Offentam maculis indermigrantibus albam.
 Cùm verò emicuit volucri per sompita saltu
 Integer armorum, cumq; ignescentibus iris
 Intumuerè mina; non hunc clamore lacessunt
 Turba canum, non tonant audens attollere vocant
 Ora metu compressa tenent, longeq; recedunt.
 Qualiter aligera volucros, ubi nota pererrant
 Littora, possessasq; tenent longa agmine terras.*

Si

ERYCI PUTHANI.

Si procul apparet, si fulvis advena pennis
 Stridet avis, primum trepidant et murmurant pennis,
 Tum verò arripiant frondentia cæta, rursusq;
 Quà fuga tanta vocat, seseq; cubilibus abduunt.
 At si forte canes inimica in prælia crudis
 Dentibus incurrunt, magniq; assulsibus instans
 Illa rudentes, & contorta tempora circum
 Morsibus ingemunt cum Belgicus adspicitur dux,
 Ecce minas posuere, canam rabida ora quiescunt:
 Qualis ubi ignotas regnator datus in oras
 Pulsus abit, si tanta ferox in pascua tendas
 Diffugiunt armenta procul, trepidantq; superbus
 Obliquantem oculos, cum bella minacia linguunt
 Infecta, ac summis pecudes vix cornibus existant.
 Hunc Basanas acuisse tubas, hunc Sequana multo
 Arua gradu iustrasse ferunt quàm Mosa pererrat
 Gurgite, quàm Rhenus violentis voluitur undis.
 Narratur volacres nemorosa per avia cernas,
 Et procul emissum cursu prævortere velum.
 Quin etiam in valles prærupto è vertice rapis
 Devolet, & certo transmittat flumina salus:
 Nec minus insaniens torrentis in usque fragorem
 Iret, & ignota sese committeret unda.
 Usque adeò non ille minas, non horret hiasus
 Riparum, raucoq; fremensia saxa tumultu.
 Ille etiam eductas aurata ad sidera rupos
 Feruidus, aëryq; super fastigia manas.

A 4

Emicet,

Emicet, & nullo vestigia pulvere signet.
 Nam simulac cursu spatiosam corripit aquar,
 Et subita uerat arua gradum, vix campus cunctorum
 Sentit, & incertae agnoscit pauere plantas.
 Non bello fictata volant, non lineea panto,
 Non flauij de monte ruunt, non fulgura caelo.
 Illi etiam celeres sinuosa ad retia cernos
 Cogere ludus erit, turbamq; agitare ferarum.
 O quoties egit pulchra sudore madentem
 Venator, quoties transire silentia siluae
 Iussit ouans, strictosq; gelu decurrere fluctus.
 Sed quid ego indomita virtutis conscia dicam
 Aua siluarum, atque haerentes murmure saltem?
 Nunquam ille imbelles loca per campestria lynces
 Sectari, aut timidos morsu discerpere damas
 Dignatus, sed subnixos è rupibus apros
 Deturbabat agens, caecasy; impune latebras
 Nescius impasti fremitum trepidare leonis,
 Horrendosq; fides, aut sicubi fetiger versus
 Accubet, & catulos ad fœta cubilia seruet.
 Tam verò amplexu remeantem dente cruento
 Sustulit, & merito dominus dedit oscula rostro.
 Haut valem Tyrus adspexit Indus in armis
 Masilo dum pulcher equo, & venabula quassans
 Troia fatigaret dotalis Sidonis agros
 Venator, caecasy; fugâ trepida agmina capras
 Attonito premeres nodosa ad retia cursu.

Nunquam

ERICI PVTEANI

61

Nunquam etiam talem uosatu exercuit acer
 Hippolytus, dum Cecropy iuga frondea montis
 Frangeret, ah, solo nemorum correptus amore,
 Latratuq; canum rupes impleret acuso.
 Tu quoque non tanto percussus turbine Martis
 Denia Cyllenes, & desolata dedisses
 Manali dumeta iugi Tegæesq; recessus,
 Aut immaturo turbasses funere matrem
 Parthenopee, sed acry te lastra Lyœi
 Suasissent miseras belli dimittere curas:
 Nec tristes lituos, fumestaq; prœlia adiffes,
 Si talem Gemitrix patris aluisset in antris
 Prædonem nemorum, vastasoremq; ferarum.
 Hoc duce non fuluis puerum Ionis armiger, alia
 Tolleret, & superas raptaum uelares ad curas.
 Ilicet arrecto surgens in nubila cursu
 Pendentem, & mœstum linquentem Gargara prope
 Arriperet; pedibusq; arreptum auelleret uocis.
 Nec verò Actæon lacerato funere culpa
 Nescius hausisset pœnas, nec fixa canum vis,
 Pro scelus incautum! pro lamentabilis error!
 Immeritas nudis laniasset dentibus artus.
 Ah, potius lacrymis dominum spectasset oborsis
 Submittens caput, & uulnè tentasset anhelo
 Lambere signa pedum, blandaq; alludere caudâ.
 Questibus impleffet ualles, & questibus agros,
 Questibus impleffet montes Atæ aqua mœstus
 Nec

ARGVS ERYCI PVTEANI.

*Nec quicquam ingeminans, flessent Aëthona rupes,
 Aëthon querulis tantum resonasset in agris.
 Talis inaccesso recubet si Cerberus antro,
 Non impacato pallentia regna silentium
 Gustare, nec miseris latrasu terreat umbras,
 Exiliant cuncti Lethæa ad flamina Manes.
 Ipsa etiam Eumenides compefcant ora sorores
 Sibila, & Blyssos certent insternere flores.
 O quoties teneris talem Proserpina palmis
 Mulceret, pulchraq; affigeret oscula fronti:
 Tanta per ingentes maiestas eminet armos,
 Sic dulces oculi, sic castigata tremiscunt
 Ilia plausa manu, & totum inba pectus obumbrat
 Discolor, & fuscis ludunt circummundique villis.
 Nulla canis rabies, sed quo non mitior alter
 Pronocet æstivum motuondi sideris annum.
 Nec qui tam placidis latratibus astra laceffas.
 Fortunata animi, ne te plaga lucida Olympi,
 Ne precor inuites nostris decedere terris,
 Ne properes alto sidus succedere celo:
 Quamuis astra vocent, quamuis se tolligat arcto
 Limite, & immensi cedat tibi Sirius aquâ
 Parte poli. Incessus hic indefossus heriles,
 Hic dominos comitare gradus, nec sidera cures.*

A R.

62

A R G V S
V L Y S S I S,
E X H O M E R O
O d y s s e æ x v i i .

D E V L Y S S E E T E V M Æ O .

SIC illi alterno tempus sermone trahabant.
At CANIS arrectus caput extulit ARGVS,
& aures
Concussit geminas; quem matris ab ubere raptum
Nurrit, sed non patrijs exercuit aruis.
Ithacus, iunise pugnans ad mœnia Trois.
Illum ansem densis inuenes committere siluis,
Frondosos soliti tractus, & plena ferarum
Lustra fasigare, atque ad resia cogere seruos.
Nunc vero horrebas macie depastus ab omni
Proluuiem stabulorum inter, deformiaq; ora
Squalidus; & scabies miseros obduxerat artus.
Vt tamen Herodem propius cognouit euntem,
Leniter asstrinxit caudam blanditus, & ora
Permulsis linguâ, gressus accedere heriles
Inualidus. tum furtim Heros super ora cadentes
Absterisit lacrymas, & dictis talibus insit.
Quæ noua se facies offert? inglorius ARGVS
Porri-

ARGVS VLYSSIS.

*Porrigitur cæno, formosiq; terga volutat?
Hac specie campos habilis quatit? anthe recumbit
Irritus, ut magni quos educat anda tyranni?
Eumæus placido contra sic ore locutus.
Hic CANIS è longo gressu viduatur herili:
At si, qua quondam fuerat, dum Pergama Vlysses
Infelix peteret, si nunc foret illa iuuenta,
Hæc equidem lassum ceruicæ, & inanibus armis
Adspiceres, sed in arua gradus glomerare superbos.
Ille canis olim deiectas rupibus apros
Immensis agitabat agris, rostroq; sagaci
Observabat hians vestigia nota ferarum.
Nunc iacet effæctus semio, silæa immemor alta:
Nec resides urget domini præsentia seruos,
Quandoquidem tetho patrijs præcul occubat oris.
Degenerant etenim studijs, quos Iuppiter urget
Seruitio; surpsiq; animis ignavia serpit.
Hæc ubi dicta dedit, concessit ad alta domorum
Culmina plena procis, & tetha frementia luxu.
Ut verò CANIS adspexit longæuus Vlysses,
Demisit caput, & placidâ cum morte quiescit.*

DE
INGENIO CANIS

E

SEXTO EMPIRICO.

ELECTIONEM habet, nam capit quæ sibi commoda sunt, fugit noxia: edulia persequitur, flagello intentato, omittit. Sed & artem habet commodorum comparatricem, Venatoriam: Nec verò Virtus est expers. nam cum iustitia sit, uniuersum suum tribuens; CANIS familiares & bene meritos adulatur, custodit, tuetur: inuadit externos, aut iniuriam inferentes. Videmus & Prudentem. ut etiam testatus est Homerus, qui Vlyssæm suis omnibus ignotum, à solo ARGEO agnitum facit. Secundum autem Chrysippum, etiam cum tertij notitiam per alia non probata consequi. ut cum ad triuuium venerit, & cum iam duas vias indagauerit, per quas fera non iuit, tertiam ne odorans quidem aut dubitans inuit, & magno per eam impetu fertur, velut ratiocinans: Aut hac, aut istac, aut illac transijt fera: neque autem hac, neque istac: ergò illac. Sed & Medicus est. ac si festuca sit impacta, eam
extra-

extrahit dentium ministerio . Si vlcus alibi
(quoniam ea sordentia agrè , facîle autem
munda curantur) leuiter tabem inde fluen-
tèm absterget . Sed & Hippocratis præceptum
obseruat . & quoniam pedis Medicina , est
eius quies ; hunc læsum sursum attollit , &
quantum potest , seruat à motu . Cùm verò
prauis humores aggrauant , gramine vesctur ,
eiusque ope quidquid noxium erat expellit .
Itaque non mirum , Si **PHILOSOPHI** ali-
qui (*Cynici*) se huius animalis nomine vo-
luerint commendari .

F I N I S .

88 950972